



Handwritten text in cursive script, possibly a signature or a name, located in the upper left quadrant of the page.

85
FACTUM BONUM AC FELICITER!

QUUM

IN CELEBERRIMA ACADEMIA JENENSI,

A

MAGNIFICO ICTORUM

ORDINE,

VIR

NOBILISSIMUS, AMPLISSIMUS, CONSULTISSIMUSQUE,

DN.

ZACHARIAS DÖRINGIUS,

U. J. LICENTIATUS CLARISSIMUS,

REIPUBL. TORGAV. COS. GRAVISSIMUS, EJUS-
DEMQUE SYNDICUS MERITISSIMUS, &c.

JAMPRIDEM MERITOS,

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
SOLEMNI RITU

D. VII. NOVEMBR. A. R. S. cl^o 1^o LXXXIX. 1689

ADEPTUS ESSET,

PRISCO MAJORUM MORE
ADCLAMABANT

ET

ANIMITUS CONGRATULABANTUR

AMICI TORGAVIENSES.



TORGÆ,

Typis JOHANNIS ZACHARIÆ HEMPI.

FACTUM BONUM AC FELICITER!

IN CELEBRATISSIMA ACADEMIA JENENSIS

MAGNIBUS POTORUM

ORDINE

CONSTITUTIS

DR

NACHARLAS DÖRNINGIUS

ILLICENTISSIMIS CLARISSIMIS

REVERENDISSIMO PATRI

PROFESSORI

SUMMO IN THEOLOGIA HONORE

SOLEMPNITATE

D. NI. DECEMBER 1772

ACTUM

IN THEATRO MAJORI

JENAE

ET

AMICIS CONGRATULANTUR

AMICI TORGAEBENSES

CONGRATULANTUR

FORO

EX JOHANNIS NACHARLAS HEMPEL





Sat citò, si fat benè.

Virtutis sequitur decus
Non mortalis honos, nobile præmium,
Quamvis sæpe tenet moræ
Splendorem spatium: non tamen impedit.

Auget gloria gloriam
Expectata diu. Sæpius optimi
Laudes aufugiunt suas;
Nam sic, qui fugiunt, laus solet insequi.
Hinc charissima singulis
Sunt tardissima, sunt splendidioraque.

Quare fert brevis hæc Tibi,
DOERINGI, mora nunc plurima commoda,

Almæ dum Themidos petis
Sublimem cathedram, dum meritissimò

Pro tantis meritis, quidem
Tardè sed solidè, gloriam adeptus es.

Ergo SAT BENE, SAT CITO.
Cum multis veniat, comprecor intimè,

Auctus juris honos bonis,
Inde ut percipiant Curia, juraque

Robur conveniens, & hinc
Incrementa ferat maxima civitas.

Hicce

Diu meritissimis honoribus Doctoralibus Dn. Compatri-
tris atque Amici sui Honoratissimi applaudebat

CHRISTIANUS Hoffkunk/
D. Superint.

Candida fortè THEMIS, justum cui paret & æquum,
Majestate gravis, pompâ rituque decenti
Præmia distribuens, folio consedit in alto,
Ad quam sic supplexcepit PRUDENTIA fari:

);(

Alma

Alma Themis, tu Gnata Dei, tu maxima rerum,
Tu meritos dignata Viros, patrumque priorum
Miratrix, nec sueta dies contemnere nostros;
Huc radiis redimita tuis, huc frontis honore
Te converte, precor, votisque his annue nostris.

Aspice, quæso, bonis studiis DÖRINGIUS iste,
Qui tibi notus erat, sinuosa volumina Juris,
Pandectas veteres, cum Codice, Feuda, Novellas,
Et quæcunque olim Romæ Decreta dabantur,
Sollicitis curis noctesque diesque revolvit.
Hunc posthæc Jason, Castrensis, Bartolus, Azo,
Multiplices Legum casus, tripode haut indignos,
Perdocuere, alios sensus monstravit Ubaldis
Ancipites, patrium junxit Carpzovius æquum
Mox causas tractare fori, Demosthenis arma
Sumere & indomiti Ciceronis verba tonare
Juvit, & ambiguo portum monstrare Clienti.
Hæc ubi Saxonicas forte invalere per Urbes,
Ingenii dotes varias mirantur, & altas
Doctrinæ radiantis opes: tunc fidere dextro
Ad se DÖRINGUM traxit Torgavia, mœstis
Præsidium portumque reis, qui noscere causas
Judicis ante oculos posset, rigidumque tribunal
Condecorare potens, rebus tutamen in aspris.
Ille tuis adstans nunc devotissimus aris
Præmia digna petit merito, pretiumque laboris;
Hunc tu, Sancta, Vinum titulis, hunc macte Tiarâ,
Si memor esse velis tantorum, justa, laborum.

Tunc THEMIS alma, Piis dignos quæ pensat honores,
Virgineos accincta sinus, sic ore locuta est:
Mene hos, justitiæ quæ sum Regina, labores
Negligere, aut meritis, ingratham indigna referre,
Nec velle officiis mercedem reddere tantis?
Quæ me fama feret? quis nostrum Numen adoret?
Est locus, ex humili quo valle assurgit in altum
JENA, laboriferis sedes dignissima Musis:
Hæc DÖRINGUM olim complexa; hæc munere nostro
Pandere templa jubet, capitique imponere honorem,
Atque auro digitos ornat, gemmaque decorâ,
DOCTOREM JURIS, Patrum spectante Senatu,
Et populo plaudente creat: Sic munere tanto

Curia

Curia gaudebit penitus, Patriq̄ve Penates,
Omnia devotis affurgent plausibus Olli.

O vos Juricolæ, nostros non temnite honores!
Tarda quidem affurgit, lenteq̄ve attollitur æqui
Gloria; sed claro irradiat fulgore nepotes.

Ita in promotione Amici, Compatri, & Collegæ
sui integerrimi ludebat gratula-
bundus

Christian-Friderich Janus,

J. U. D. & Consul Reipubl. Torg.

O Blatos ergò dudum DOCTORIS honores
Sumis, Virtutis præmia justa Tuæ:
Te quoq̄ve condignum regimen fascesq̄ve Senatûs,
DÖRINGI, exornas & Genus omne Tuum.
Gratulor ex animo meritò hæc magmenta decora,
Famam queis partam multiplicare potes.

*Dn. Compatri & Amico suo honoratiss. brevi-
bus prolixum affectum
testaturus scrib.*

JOH. PAULUS SCHRÖTER,
J. U. D.

FELICITER! FELICITER!

M Acte decus Themidos, DÖRINGI! & digna brabéa,
Quæ TIBI nunc offert alma Salana, cape.
Nam frontem dudum meritam tandem Infula cingit,
Quam tot sudores, tot TIBI lustra rigant.
TU meritis tantis, tantâ virtute coruscas,
Laudibus ac tantis undiq̄ve fama cluit.
Ipsa Astræa Tuas dotes super æthera tollit,
Et tanti pretii CONSULE Torga micat.
Hinc & Apollo TIBI tantos decernit honores,
Dum Purpram plausu porrigit Ipse suam.
Ergo TIBI grator lætans. Sit Purpura fausta,
Cordicitus voveo. Faxit id alma Trias!

Ita DOCTORALES Honores æstumatissimi
Dn. Compatri gratulabundus maclare
voluit, debuit

ὀλοψύχως
ZACHARIAS Neufrank / D. Reipubl.
Torgenf. Phys. Ordinar.

):(3

Euno-

EUnomiæ prædulce decus, prudentia recti
 Cui curæ est, mœstisq̄ve reis insigne levamen,
 Jureperitorum flos! anæ accreverit ullus
 Nunc TIBI honos novus, ut Dea TE numerare Themista
 Legum contendit Doctores inter apertos?
 Implēsti munus DOCTORIS ritè per annos
 Sat multos studio, Ingenio, Sudoribus, Arte,
 Ipse quod & livor, rumpantur ut exta, probavit.
 Nunc modò Jena Tuam per clarum buccinat orbem
 FAMAM, damna moræ titulo pensare recenti
 Curans. Adplaudo! Punctum TIBI rideat omne!
 Te fora mirentur Celeberrime Papiniane,
 Promeritas porrò reddat TIBI Curia laudes,
 Gaudeat ipsa Domus plus quàm Clarissima; tandem
 Floreat & tanto DOCTORE ac CONSULE Torga!

*Observantia testanda ergò scrib. Döringiani Nominis
 Cultor devotissimus*

M. JOH. DAVID SCHWERDTNERUS,
 S. S. Theol. Baccal. & Archi-Diac.

TAndem auspicato purpuret omine
 DÖRINGIORUM Stemma fat inclytum:
 DÖRINGII sunt fronde sacrae
 Tempora jam redimenda Lauri.
 Confinis ISTRO barbara gens velut
 Deviçta liqvit Christicolis sua
 Brabeia; GALLI cum BRITANNIS
 Usq̄ve dedere manûs subactas:
 Tenore palmam promeruit pari,
 Tellus CHERUSCIS culta quod edidit,
 Germen, SALISSA & LONGA, turmas
 Stravit humi, licet incruentas.
 VACUNA luget fusa; DIONE abiit
 Ipsa ingemiscens; omnigena infimul
 INSCITIA est depulsa RECTI,
 Qvicquid & hosticæ erat catervæ.
 Tendens ad Arcem fatidicæ Dices,
 Juris Sacerdos ACROATERIA
 Et NORICA, & SALANA ATHENÆA,
 Et PHILURÆA frequens adivit.

Qvic

Quidquid sacrarum volvitur uspiam,
 Civilium Legum insuper, id sua
 Ruspatus omne est ingeni vi,
 Atque Responſa alium profana.
 Favore miro sic Themis adveniens,
 Jus quæ cuivis suppeditat suum,
 LICENTIAM Thronum petundi
 Qvinque bis ante ferebat annos.
 Et muricatam fixit ibi Mitram,
 Laturo ubi nunc janua panditur
 Honoris, ambire atque Apollo
 Non sine laude parat capillos.
 Miramur istud, quæ mora tardior
 Tantum trophæum distulerit tenuis
 Hac; mente ut æqvâ volvo nostrâ:
 SAT CITO, SI BENE SAT, putatur.
 Nam quæ parantur laudibus, haut citò,
 Nec serò fiunt, crede mihi, nimis:
 Quædam moræ hujus causa summi
 Ingenii moderatio illa est.
 Proinde septus limitibus Tuæ
 Virtutis, ora exporrige lætior,
 DOCTOR-recens, DÖRINGI: Honores
 Egregiis decorato factis.
 Quis Te ordinandâ in Re benè publicâ
 Priscâque normâ sit sapientior,
 Qui jure spreto haut saniori
 Civica commoda promovisti?
 Reciprocantem nec metuis vagæ
 Rhamnusiæ orbem, vel dubias vices
 Sortis novercantis, gravanti
 Par oneri * imperioque major.
 Hinc ipsa Daphnis per senii inscios
 Canos vireſcat, nobile Gnosia
 Sidus Coronæ cœli in axe
 Donec Hyperboreum micabit!

* Juxta vetus illud:
 Onus est honos, qui ſu-
 ſtinet Rempublicam.

Nobiliſſ. Dn. D. DÖRINGII, Patr. ac Fautoris fui ſummis
 Honoribus jamdudum promeritis Alcaicum hoc
 Odarion ſacr. conſecr. voluit, debuit

M. DAVID Winter / Schol.
 Torgav. Rector.

So

Steht/ Geehrtester / sein Glück in voller Blüthe?
 So leuchtet umb sein Hauß ein neuer Freuden-Schein?
 Der Himmel wirfft auff Ihn die Strahlen seiner Güthe/
 Es muß der raube Herbst sein froher Sommer seyn.
 Ihm fieng nur neulichst an ein junger Zweig zu grünen/
 Der seiner Kinder Zahl und seine Lust vermehrte/
 Jetzt streut das Saal-Althen Ihm liebliche Jasminen/
 So die Alsträa schon vorlängst darzu verehrt.
 Es frönt Justinian sein Haupt mit Lorberzweigen/
 Und seine Wissenschaft mit unverwelckten Ruhm/
 Die Themis heisset Ihn den Ehren-Thron besteigen/
 Setzt Ihn zum Priester ein in ihrem Heiligthum.
 Ich / den Ihm die Natur und Wohlthat höchst verbindet/
 Schau diese seine Pracht mit frohen Augen an/
 Und da aus Ehren-Preisß das Glück Ihm Cronen windet/
 So häng ich diesen Wunschs statt einer Blumen dran:
 Der Höchste / welcher Ihm die Ehren-Stafeln bauet/
 Der lege seinem Ruhm auch neuen Seegen bey /
 Er geb Ihm so viel Heyl / als man Gestirne schauet/
 Damit sein Hauß zugleich geehrt und glücklich sey.
 Buchs Jacobs Wohlergehn in einem frembden Lande/
 So fliesse gleiches Glück auch seiner Scheitel zu/
 GOTT geb Ersprießlichkeit bey seinem Ehren-Stande/
 Und bey der Arbeits-Last vergnügte Seelen-Ruh.
 Er wandel Ihm sein Ampt in einen Rosen-Garten/
 Und seinen sauren Schweiß in süßen Freuden-Wein/
 So haben viel von Ihm noch Hülffe zugewarten /
 Und Torgau schreibt zulezt sein Lob in Marmol ein.

Seines Hochgeehrten Herrn Veters schon vor längst
 wohlverdientes Doctorat solte hiermit Glück-
 wünschend beehren dessen Verbundenster

Henrich Ernst Seebach.



AB 180007


ULB Halle 3
002 378 078



Sb.

VD 17





FACTUM BONUM AC FELICITER!

QVVM

ACADEMIA JENENSI,

A

CO JCTORUM

RDINE,

VIR

ISSIMUS, CONSULTISSIMUSQVE,

DN.

S DÖRINGIUS,

TUS CLARISSIMUS,

. COS. GRAVISSIMUS, EJUS-
MICUS MERITISSIMUS, &c.

IDEM MERITOS,

LOQVE JURE HONORES
EMNI RITU

BR. A. R. S. cl^o Ioc LXXXIX. 1689

EPTUS ESSET,

MAJORUM MORE
LAMABANT

ET

ONGRATULABANTUR

ORGAVIENSES.



TORGÆ,

NIS ZACHARIÆ HEMPI.

